

& pro tempore spectabit inviolabiliter servari, illisque pacifice, frui, & gaudere, non permit- tentes quempiam ex secundodicti Conventus Fratibus, & Seminarium hujusmodi desuper quomodolibet indebite molestari, contradic- tores quoslibet, & Rebelles per sententias, cen- suras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportu- na Juris, & facti remedia (servata tamen forma Concilii Tridentini) appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii Secularis.

Derogatio specifica.

§.6. Non obstantibus pie memor. Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris Nostri, in qua cavetur expresse, ne quis extra suam Civitatem, & Diocesim nisi in certis tunc expressis casibus, & in illis ultra ullam Dietam a fine sue Diocesis ad iudicium evocare, seu ne Iudices a Sede Apostolica præfata Deputati extra Civitatem, vel Diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, aut alii, vel alii suas vices committere audeant, vel præsumant, & Concilio Generali edita de duabus dietis, dum- modo tamen ultra tres dietas, aliquis vigore earundem præsentium ad iudicium non trahatur, necnon dictæ Confraternitatis per nos, ut præfertur, suppressæ, & extinctæ erectione, ac præfati Joëphii, aliorumque quorumcumque ad favorem dictæ Confraternitatis per nos, ut præfertur, suppressæ, & extinctæ Testatorum, seu Disponentium voluntatibus, necnon Misarum, & Anniverfariorum, aliorumque Legatorum, Piorum, & onerum fundationibus, & quibusvis aliis dispositionibus, ac præmissis omnibus, & quatenus opus sit, de jure iuræ non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, seu applicationibus, illisque committendis ad partes vocatis quorum inter- est, & aliis nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, necnon Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis, aliisque Apo- stolicis, etiam in universalibus, Provincialibus- que, & Synodalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon Confraternitatis per nos, ut præfertur suppressæ, & extinctæ, & Conventus hujusmodi, & Ordinis præfati, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel qua- vis firmitate alia roboratis statutis, & con- suetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis etiam Confraternitati per nos, ut præfertur suppressæ, & extinctæ, Conventibus, & Ordini, ac Fratibus præfatis, & quibusvis aliis personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis dero- gatoriis derogatoriis, aliisque efficaciori- bus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irri- tantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & inno- vatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo

robore permanfuris, latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse, hac vice dumtaxat motu, scientia, & potestatis plenitudine pari- bus ad præmissorum effectum harum serie de- rogamus, & derogatum esse volumus, ceteris- que contrariis quibuscumque.

Sanctio po- nalis.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, suppressionis, extinctionis, decreti, applicationis, incorpora- tionis, concessionis, assignationis, posterioris Decreti, derogationis, voluntatis, & decla- rationis infringere, vel ei temerario ausu con- traire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beato- rum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incurfurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incar- nationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo sexto, sexto decimo Kalen. Julii, Pon- tificatus Nostri Anno Tertio.

CXXIX.

Statuitur, Ministro Generali Capuccinorum competere facultatem erigendi ubique Ter- tium Ordinem S. Francisci, ejusque professo- ribus Scapulare cum Cingulo conferendi.

Dat. 21. Junii 1726. An. 3.

Hac de re vid. Clem. XI. Const. ed. 1704. Mart. 29. P.4. & aliam hujus Const. ed. 1725. Decemb. 10. P.2. ubi concessa fuerunt Privilegia dicti Ter- tiarii.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio Apostolici ministerii, Nobis licet im- meritis a Christo Domino inuncti, exigit, ut litigia, & discordias, quæ humani generis hoste zizania supereminante, Ordines Regula- res, ad Cælestium meditationem incumbentes, aliquando perturbant, omni cura evellere stu- deamus, ne Dei cultus in Sacris viris frigeat, inque animis Secularium, qui eos inter se dissi- dentes conspiciunt, scandala propterea exo- riantur.

Exordium.

§.1. Nuper admodum in Tertiariis, de Pa- nitentia appellatis, sub regimine Fratrum Mini- orum beati Francisci, alias a Regulari observan- tia nuncupatorum, viventibus, spirituale sola- tium, & pietatis fervorem augere studuimus Apostolicis literis nostris, quæ incipiunt: Pa- trerna Sedis Apostolica providentia, Romæ vulga- tis anno Domini 1725. iv. Idus Decembris, Pontificatus nostri anno secundo, quibus literis immunitates, gratias, privilegia, & indulta ab antecessoribus Nostri Romanis Pontificibus eisdem Tertiariis concessa, renovavimus, & confirmavimus, ut alacrius, & sanctius Deo famulari pergerent. Sed postea non sine admi- ratione, atque animi nostri molestia inde ortas altercationes audivimus, eisdemque nostras li- teras, quæ unos Tertiarios, Fratibus Minori- bus a regulari observantia nuncupatis, subiectos respiciunt, contra mentem nostram ad alios Tertiarios, sub regula quidem B. Francisci Deo famu-

Causæ præ- sentis Contri- tutionis.

famulantes, sed speciali nota dignos, inque iisdem literis nostris minime nominatos, aut com- prehensos, perperam detortas fuisse intellexi- mus; qui sane Tertiarii Fratibus Minoribus, a regulari observantia nuncupatis, nullo modo subfunt; sed Ministro generali Ordinis Fratrum Minorum beati Francisci, qui Capuccini ap- pellantur, a quo, & ab ejus secundariis Mini- stris in rebus spiritualibus directi, omnino de- pendunt, atque habitum religiosum accipiunt.

Confirmatio Minoribus Capuccinis omnia jura in cõferendo Scapulari, & Cingulo Ter- tiarii sibi sub- jectis.

§.2. Propterea huic errori, & incommodo pro nostra auctoritate, & solitudine prospice- re cupientes, eorumdem Fratrum Minorum, B. Francisci, qui Capuccini appellantur, jura, & privilegia, sæpe in Judicis contradictoriis cor- am Ven: Fratibus nostris S. R. E. Cardinalibus, consultationi de rebus Episcoporum, & Regula- rium præpositis plene discussa, Pontificioque Oraculo, ac literis Apostolicis a fe: re: Cle- mente Papa XI. Antecessore Nostro confirma- ta, atque approbata, nos presentibus perpetuum robor impofterum habituris, post matu- ram deliberationem, Motu proprio, & ex certa scientia ad tollendas quascumque discordias, iterum munimus, & approbamus, confirman- tes omnia jura, immunitates, facultates, præ- rogativas, gratias, indulta, & privilegia Mi- nistro Generali Ordinis Fratrum Minorum Bea- ti Francisci, qui Capuccini appellantur, com- petentia in conferendo eodem Scapulari, & Cin- gulo Tertiariis sibi subiectis, quæ omnia ei olim fuerunt adjudicata, ejusdemque Clementis Pa- pæ XI. literis confirmata, quarum tenor est.

Afferret Cle- mentis XI. hac super re Constitutio.

§.3. Clemens Papa XI. ad futuram rei memo- riam. Emanarunt nuper a Congregatione Ven: Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, nego- cii & consultationibus Episcoporum, & Regu- larium præposita, ad favorem dilectorum filio- rum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci, Capuccinorum nuncupatorum, Regni Sardinie tria decreta videlicet. In causa vertente inter PP. Minores Capuccinos Regni Sardinie ex una, & PP. Minores de Observantia ejusdem Regni, seu &c. Partibus ex altera, de, & super infra- scripto dubio, nempe an Patribus Capuccinis Regni Sardinie liceat dispensare, seu distribu- re habitum, seu scapulare parvum cum Cingulo S. Francisci secularibus utriusque sexus in- propriis Domibus, & sub jurisdictione Ordina- rii viventibus, qui denominantur Tertiarii, seu Tertii Ordinis; eosque dirigere in spiritualibus juxta regulas dicti tertii Ordinis in propriis Ec- clesiis, in casu &c. Sacra Congregatio Eminen- tissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Car- dinalium, negotiis, & consultationibus Episco- porum, & Regularium præposita, partibus ipsis auditis referente Eminentissimo Gabriellio, cen- suit, ac declaravit, competere Patribus Capu- cinis facultatem conferendi Scapulare cum Cin- gulo S. Francisci, Romæ die 16. Novembris 1703. Et die 29. Februarii 1704. denuo auditis Religio- nis Patrum Minorum de Observantia, & Pa- trum Minorum Capuccinorum S. Francisci re- ferente eodem Eminentissimo Gabriellio, Emi- nentissimi Patres censuerunt, persistendum esse in Decisis sub prædicta die 16. Novembris 1703. Romæ &c. Die vero 4. Martii ejusdem anni 1704. Tertia vice proposita causa per eundem Emi- nentissimum Gabriellium ad preces Procurato- ris Generalis Commissarii Curie Minorum de-

observantia, & Procuratoris Generalis strictio- ris observantia S. Francisci, eadem Sacra Con- gregatio censuit, ac decrevit, extra dandum, supradictum Decretum Romæ &c. Cardinalis Carpineus: Loco * Sigilli.

Confirmatio roboratur. Decretorum.

§.4. Cum autem sicut pro parte dilecti Filii moderni Procuratoris Generalis d. Ordinis Nobis subinde expositum fuit, ipse Decreta hujusmodi, quo præmissa firmius subsistant, Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri, plurimum desideret: Nos, ipsam, modernum Procuratorem Generalem speciali- bus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine qua- vis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo- libet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolven- tes, & absolutum fore censentes, supplicationi- bus, ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; Decreta præinserta auctori- tate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregatio- nis Cardinalium.

Clausula.

§.5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus for- tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarem Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irri- tum, & inane si secus super his a quoquam qua- vis auctoritate scienter, vel ignoranter conti- gerit attentari. Non obstantibus Constitutioni- bus, ac Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; Pri- vilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet con- cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omni- bus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro- plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum in- fertis habentes, illis alias in suo robore perman- suris ad præmissorum effectum, hac vice dum- taxat specialiter, & expresse derogamus, ceteris- que contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 29. Martii 1704. Pontificatus Nostri Anno IV.

Confirmatio præd. Consti- tutionis, & Statutum prædictum.

§.6. Itaque hæc literas Clementis PP. XI. auctoritate nostra iterum Nos confirmantes, statuimus, & declaramus, Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui Capuccini appellantur, & secundariis Superiori- bus ab eodem Ministro Generali dependentibus, tanquam veris, & legitimis filiis Beati Franci- sci, convenire, & competere in quocumque loco, Civitate, Provincia, & Regno, etiam ubi alii Tertiarii ejusdem Beati Francisci jam sunt, erigere, instituire, & fundare Tertium Ordinem Beati Francisci pro quibuscumque piis, & devotis personis Secularibus utriusque sexus, at- que hujusmodi Tertii Ordinis professoribus Bea- ti Francisci scapulare, sive habitum cum cingulo conferre, in rebus spiritualibus eos dirigere, in tertia Regula Beati Francisci observanda pri-

Dat. 2. Julii 1726. An. 3.

Declarantur ratæ censuræ latæ ab Episcopo Papiensi in Canonicos.

Clem. XI. Const. ed. 1711. Decembr. 24. P. 12. Confirmatum fuit gen. interdictam Episcopi in Civitate Lycien., & Diocesi.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

Per molesta Nobis acciderunt, quæ contra debitam Episcopali auctoritati obedientiam & a Cathedralis tuæ Ecclesiæ Dignitatibus, ac Canonicis perpetrata sunt, nec committere debemus, ut ad tuendam Dignitatem tuam, & Ecclesiasticam disciplinam, ulla Muneris nostri partes desideres, præsertim cum salutaribus Juris remediis a Fraternitate tua adhibitis, obsecundaverint etiam, supplicatque tulerint mandata nostra.

Ratæ habentur censuræ latæ a præfato Episcopo in Canonicos.

§ 1. Quod igitur Dignitates, & Canonicos, illos primum a Beneficio ad mensam, deinde a Divinis suspendis, eo quod matutinum officium, te contradicente, ac vetante recitare ausi fuerint, post vespertinas horas antecedentis diei, obtentu interpositæ Appellationis, & Rescripti Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpetrum, laudamus consilium zelumque Fraternitatis tuæ; Causam autem ejusmodi a quocumque Tribunali, ac judicio ad Nos advocantes, motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione, censuras antedictas, validas esse decernimus, ac declaramus.

Remittitur Episcopo, tanquam Delegato Apostolico, absolutio ab interdictione censuris ad ultiores penas procedendi.

§ 2. Mandantes proinde ut non aliter absolutio Beneficium petere possint, quam si respicientiam, debitamque tibi reverentiam idonea satisfactione, quam judicii, arbitriique tui esse volumus, ipsi probaverint; Hanc autem ubi rite, legitimeque præstiterint, in tua potestate erit eosdem, quibus se obstrinxerant, censuris absolvere, quin etiam in irregularitate cum iis dispensare qui censuris obnoxii rem Divinam facere ausi sunt. Quod si intra tempus a te definiendum absolutionem, veniamque poscere, tibi que ut par est satisfacere detrectaverint, facultatem tibi largimur, ut tanquam delegatus quoque Apostolicus ad ultiores penas procedere possis, eosque etiam dignitate, Canonicatu, & Præbenda privare, eandemque facultatem alteri, si absens fueris exercendam subdelegare valeas.

Consultur in futurum.

§ 3. Non satis autem Officio nostro fecisse Nobis videtur, nisi præterita emendare satagentes, futuris etiam dissidiis aditum intercludamus. Propterea cum ex antedicta matutini Officii recitatione ansam repugnandi arripuerint Canonici, per præsentem etiam literas declaramus tuæ auctoritatis hæcenus fuisse, semperque fore decernimus, potestatem iisdem Canonicis facere, sive licentiam impertiri, quoties, & quando tibi opportunum videbitur, antevertendis statutis recitationis temporibus.

Classula.

§ 4. Quod quidem auctoritatis nostræ iudicium, quoad singula, quæ præscripsimus, fir-

mum manere volumus, ita ut nulla auctoritate, aut exceptione, aut prætextu infringi, aut retardari, vel in dubium revocare possis non obstantibus Constitutionibus, Decretis, Rescriptis, Consuetudinibus, aliisque in contrarium facientibus, quibus omnibus simili scientia, & motu proprio amplissime derogamus, sublata quibuscumque iudicibus aliter interpretandi, aut iudicandi facultate; irritumque esse decernentes, si quid aliter a quovis fuerit attentatum, quaslibet etiam clausulas, & verborum solemnitates auctoritate nostra suppletentes, ac pro expresso habentes, si quid præterea esset exprimendum. Tuæ itaque sapientiæ confisi, ac de insignis istius Capituli perspectu semper alias gravitate, & prudentia præclare sperantes, pro certo habemus, nullis in posterum opus fore novis Paternæ nostræ sollicitudinis officiis; ac Fraternitati tuæ Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VIII. Julii MDCCXXVI. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Abolentur omnes Coadiutorie quorumcumque Officiorum, quæ ad viam juris reducuntur.

Dat. 10. Julii 1726. An. 3.

Clem. XII. Const. ed. 1732. Febr. 12. P. 2. revocantur diversæ facultates a Romanis Pontificibus nonnullis factæ voce, vel scripto.

Monsignore Nicolò Maria Lercari Arcivescovo di Nazianzo nostro Secretario di Stato.

Exordium.

È debito del nostro Pastorale Ufficio di impiegare la Suprema Autorità Pontificia, affinché tutto sia diretto al bene dello Stato, e de' nostri Sudditi, e che questi diano la lor' opera per rendersi sempre più abili, e meritevoli di servire la Santa Sede nell'impieghi, Cariche, ed Uffici alla medesima immediatamente, o mediatamente spettanti; E siccome questo viene nudrito dalla speranza di potere nelle occasioni meritare la Beneficenza del Principe, così vien frastornato dall'esser destinate preventivamente le Cariche con aspettative, e sopravvenze, rendendosi tutti nequitosi, gl'uni perchè con simili grazie stimano avere assicurati gl'impieghi, e gl'altri con disperare di potergli conseguire.

Causæ presentis Coalitionis.

§ 1. Ed abbiamo Noi riconosciuto anche coll'esperienza, che, quantunque con simili grazie siano conceduti l'impieghi a beneplacito, e siccome possono rimoversi dalle Cariche dopo ottenute, così potevano non ammetterli a quelle: con tutto ciò col riflesso, che le Persone graziate fossero in una certa buona fede, sono state queste preferite ad ogn' altro, lasciato forsi di conferirle a più abili, ad a più meritevoli. Quindi avendo Noi conosciuto, che il numero delle sopravvenze da tempo in tempo accordate sia ormai giunto ad un eccesso deplorabile, che tutto di non si rimane alcuno senza merito, senza servizio, e senza fatiche preventive, di chiederle, e di pretenderle con premure, e che in fine si vede chiaramente, che è ridotto ad un stomachevole abuso. Noi per porre il tutto al-

la

Dato nel nostro Palazzo Apostolico Vaticano questo di 10. Luglio 1726.

Benedictus PP. XIII.

Conceditur Presbyteris Ordinis S. Joannis Dei, in America meridionalis, septentrionalis, & Martinicæ Insulis existentibus, facultas administrandi Sacramenta non Parochialia.

Dat. 17. Julii 1726. An. 3.

Alia hujus Const. 1724. Sept. 13. P. 1. confirmata fuisse privilegia Urbani VIII. pro eod. Ordine, & nova concessa.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§ 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Bernardus Banfi Prior Generalis Ordinis S. Joannis Dei, quod cum a præfatis missionum in America meridionalis, septentrionalis, & Martinicæ respective Insulis existentibus charissimum in Christo Filio Nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo subiectis ejusdem Ordinis Fratribus in sacro Presbyteratus Ordine constitutis in illis degentibus administratio Sacramentorum non Parochialium in eorum Ecclesiis iis Christianis ad eas confluentibus interdicitur, ab hac vero prohibitione scandalum Neophitis illarum partium ac præjudicium dictis Presbyteris, & Ordini proveniat, ipse Bernardus Prior Generalis, quo ejusmodi scandalo, ac præjudicio remedium adhibeat, oportune in præmissis per Nos provideri, & ut infra indulgeri summo prece desideret.

Facti expositione.

§ 2. Nos ipsius Bernardi Prioris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Presbyteris dicti Ordinis in dictis Insulis commorantibus, ut præfator, ut ipsi iisdem Neophitis illorum Ecclesias frequentantibus Sacramenta non Parochialia hujusmodi absque ulla a memorati Missionarii dependentia, non tamen in Paschate administrare libere, & licite possint, ita ut in posterum prædicti Missionarii super ejusmodi administratione nullam eis molestiam afferre audeant seu præsumant, auctoritate Apostolica tenore presentium facultatem concedimus, & impertimur.

Concessio præd.

§ 3. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XVII. Julii MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Classula:

la primiera libertà, e per togliere ogni pretenzione, o supposta bona fede, abbiamo determinato di ridurre ad viam juris, ed al pieno arbitrio Nostro, e de' Nostri Successori tutte le grazie di sopravvenze, aspettative di proviste di Cariche, con rivoicare ed annullare tutto quello, che sovra di ciò è stato disposto tanto da Noi, quanto da' Nostri Predecessori, con Brevi, Chirografi, Oracoli dati viva voce ai Ministri, benchè Reverendissimi Cardinali, o con Patenti spedite in vigore di detti Chirografi, ed Oracoli, o per ragione de loro Uffici, anche per essere queste riprovate dalle Leggi Civili, e da' Sacri Canonici, come lo riprovano nel Cap. Detestanda de concess. Præbend. in 6. inducendo il desiderio dell' altrui morte.

Abolitione prædicta.

§ 2. Onde di Nostro Moto proprio, certascienza, e pienezza della nostra assoluta potenza, avendo qui per espresso, e di parola in parola inferito il tenore de' Brevi, Chirografi, Lettere, Rescritti, Moto proprio, Patenti, e spedizioni in ogni altra forma per simili grazie, rivochiamo, ed annulliamo, e per annullate, e rivoicate vogliamo che si abbiano tutte le grazie di sopravvenze, aspettative, di asserite, e pretese coadjutorie, e di altro qualunque titolo, che fossero state spedite, o concesse fin hora d' Impieghi, Cariche, ed Uffici civili, militari, e di qualunque qualità, o nome concesse da Noi, o da' nostri Predecessori a beneplacito, e forsi a vita, con Chirografi, Brevi, e Lettere, o per mezzo de' Ministri, benchè Reverendissimi Cardinali in qualunque Ufficio, o Dignità costituiti in Roma, e fuori di Roma, o in altra forma, e modo sopra espresso, o fosse necessario d' esprimere, di modo che ognuno passi, e debba ritornare immediatamente a quella Carica, che teneva, e che debba servire all' Impiego di cui era incaricato, levando, e togliendo dalle Cariche quei, che per i sudetti titoli si erano intrusi negli Uffici, e Ministerj, poiche così verranno eliminati tutti i contratti, negoziati, trattati, e convenzioni, avute per simili sopravvenze, che rendevano piaciuto, e comodo alli stessi contraenti, ma danno, e discapito al buon servizio del nostro Stato.

Classula de rogatorie.

§ 3. E vogliamo, che tutte le cose sudette, o altra spedizione fatta per tali grazie, si abbiano come non fossero mai emanate, e che tutti quei, che pretendessero le Cariche, ed Uffici in vigore di dette concessioni, si abbiano per rimossi dalle medesime, e sia fin da ora renovato ogni beneplacito, e qualunque Persona, Ministro, Governatore, Reverendissimo Cardinale, non dovrà permettere per detti titoli, che alcuno eserciti dette Cariche, ed Impieghi sotto pena della Nostri indignazione, non ostante, che non siano stati citati, o sentiti quei, che hanno ottenute le nominate grazie, o altri che vi pretendessero interesse, la Regola della nostra Cancellaria de Jure quæsito non tollendo, e tutte le altre Leggi, Constitutioni Apostoliche, statuti, sili, usi, pretese equitate scritte, o non scritte, la costituzione di Pio quarto De Regisbrandis: ed ogni altra cosa, che facesse in contrario, il tenore delle quali, avendo qui per espresso all' effetto sudetto rivochiamo, ed annulliamo; E così voi darete gl' Ordini opportuni, ed occorrente farete pubblicare Editto per notizia di ciascuno.

Sta.

vatum, & publice docere, & instruere, ut pietatis, & virtutum Deo gratos, & uberes fructus, benedicente Domino, emittant.

Communi-
cantur Ter-
tians predi-
ctis privile-
gia omni-
alio Tertianis concessa.

§.7. Ad hac volumus, & declaramus, prædictos Tertiarios, seu Tertii Ordinis Beati Francisci professores, sub Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ejusque secundariis Superioribus, omnino gaudere, atque uti posse, & debere omnibus, & singulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, favoribus, & prærogativis per hanc Sanctam Apostolicam Sedem Ordini Tertiariorum a quocumque Ministro Generali dependentium sub suo capite, qui unus est Beatus Franciscus, alias concessis; volentes propterea, ut vicissim quilibet Tertiarius ejusdem Ordinis Minorum Beati Francisci præmissis gratiis gaudentes, ad eos transire licite, & valide possint, quorum statum saluti animæ suæ aptiorem, & utiliorem in Domino, esse cognoverint. Prædicta vero universa ita, & non aliter judicari, & firma, atque inconcussa ab omnibus haberi statuimus: Non obstantibus ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque: quibus quatenus opus est, derogamus, eaque annullamus, proque annullatis, derogatis, & nullis hac in re haberi volumus: poenam excommunicationis ipso facto incurrendam, aliasque censuras pro nostro arbitrio iis interminantes, qui contraire, vel temerario ausu ea impugnare præsumperint, quæ hac Nostra Apostolica Constitutione firmamus, atque decernimus: ob cujus plenam, perfectamque observantiam, auctoritate Nostra præcipimus Ven. Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & eorundem Vicariis, & Ministris, ut pro harum executione tuenda, auctoritate sua vigilent, invocato etiam, si opus fuerit ad hoc auxilio brachii secularis.

Fides habenda transmissis

§.8. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus ex Secretariis Ministri, vel Procuratoris Generalis dicti Ordinis Fratrum Capuccinorum, sive Notarii publici subscriptis, & sigillo Officii ejusdem Ministri, vel Procuratoris Generalis ipsius Ordinis, vel cujuscumque Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhibetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostense.

Sanctio penalis.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ approbationis, declarationis, confirmationis, innovationis, concessionis, decreti, voluntatis, præcepti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo sexto, nono Kal. Julias Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXXX.

Statuuntur quedam pro Tertiariis sub Minorum Conventualium directione viventibus.

Dat. 9 Julii 1726. Ann. 3.

Hæc Const. edita est ad declarandam aliam ed. 1725. Dec. 10. P. 2. & in confirmationem aliarum luv.

IV. Nicolai IV. Martini V. & Sixti IV. de eadem re tractantium, quæ hic citantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Singularis devotio, quam erga Beatum Franciscum Ordinis Fratrum Minorum in plures familias distincti, piissimum conditorem, profitemur, jure exigit, ut universos tanti parentis Religiosos Filios pari Nostræ Benevolentie significatione complectamur, & omnia litium semina ex illis, qui sub ejus regula de eo famulantur, prorsus evellere studeamus.

§.1. Non modica quidem animi Nostri molestia nuper accepimus, inter illos discordiæ occasionem inde ortam, quod per Constitutionem nostram, quæ incipit: *Paterna Sedis Apostolicæ Providentiæ*, vulgatam IV. Idus Decembris, Anno Domini 1725. Pontificatus Nostri Secundo, totius Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui alias a regulari observantia nuncupantur, Ministro Generali, & Secundariis Superioribus auctoritatem, & jurisdictionem in suos Tertiarios, per fel. mem. Antecessores Nostros Romanos Pontifices traditam confirmaverimus, ut per ejusdem Beati Francisci vestigia gradientes, alacrius in Dei famulatu perseverarent, sui que Sanctissimi Institutoris exempla alii imitanda proponerent. Hanc enim constitutionem tam luculentam, atque alienæ interpretationis expertem, quæ unos Tertiarios, Ministro Generali Fratrum Minorum, qui a regulari observantia nuncupantur, subjectos tantum respicit, & singulatum nominat, non vero alios, speciali nota dignos; nihilominus contra expressam mentem Nostram ad illos Tertiarios etiam, qui vivunt, semperque vixerunt sub Ministro Generali, & secundariis Superioribus Fratrum Minorum Beati Francisci, qui Conventuales dicuntur, detortam fuisse intelleximus.

Constitutio edita pro Tertiariis Fratrum Minorum observantiam, non respicit Tertiarios Fratrum Minorum Conventualium.

§.2. Quare Nos ipsi, quibus curæ specialis incumbit, ut auctoritate Nobis Divinitus tradita jus suum unicuique pro virili servemus, atque Ordines Regulares, privilegiis ob suarum virtutum merita sibi ab hac Sancta Apostolica Sede concessis, pacifice in Domino utantur; huic dissidio post maturam deliberationem occurrere volentes, præsentibus Litteris Nostri, perpetuum robur imposterum habituris, motu proprio, & ex certa scientia declaramus, sancimus, atque statuimus, uni Ministro Generali, & Secundariis Superioribus Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui Conventuales dicuntur, non vero aliis auctoritatem, & jurisdictionem in suos Tertiarios deberi, & competere.

Statuitur Ministro Generali Conventualium dumtaxat competere jurisdictionem in suos Tertiarios.

§.3. Hanc autem Auctoritatem, & Jurisdictionem iisdem Fratribus Conventualibus præ memorie Romani Pontificis Antecessores Nostri pluribus ab hinc Seculis Apostolica largitate indulserunt, videlicet Innocentius IV. litteris incipientibus: *Vota Devotorum*, datis Lugduni Idibus Junii Anno Domini MCCXLVI. Pontificatus IV. Nicolai IV. litteris incipientibus: *Unigenitus Dei Filius*, datis apud Urbem veterem

Enumerantur Romanorum Pontificum constitutiones quibus præfata Jurisdictio prædictis Conventualibus concessa fuit.

rem VI. Idus Augustas Anno MCCXC. Pontificatus Tertio. Martinus V. litteris incipientibus: *Inter cetera*, datis Romæ V. Idus Decembris Anno MCCCXXVII. Pontificatus X., & Sixtus IV. litteris incipientibus: *Romani Pontificis providentiæ*, datis Romæ XVIII. Kal. Januarias Anno MCCCCLXXI. Pontificatus Primo.

Quæ, & confirmantur cum amplissimis declarationibus.

§.4. Quare nos quoque Decessorum Nostrorum gestis inhærentes, eorundem Apostolicas litteras, jam recensitas, auctoritate nostra iterum confirmamus, inque suo primævo robore nunc, & deinceps manere volumus ideoque approbantes, atque iterum confirmantes omnem potestatem, auctoritatem, & jurisdictionem in eosdem Tertiarios Ministro Generali ceterisque Secundariis Superioribus Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Beati Francisci ab Antecessoribus Nostri olim concessam, omnesque facultates, exemptiones, prærogativas, indulgentias, & præminentias, in prædicta constitutione nostra, *Paterna Sedis Apostolicæ providentiæ* Ministro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui Observantes dicuntur, in propriis Tertiarios a Nobis indultas, pariter indulgemus, eisdemque extendimus ad Ministrum Generalem Fratrum Minorum, qui Conventuales dicuntur, super Tertiariis, eidem Ordini, & Ministro Generali subjectos; Volentes propterea, & statuentes, ut hi Tertiarii subsint, uni eidem Ministro Generali Fratrum minorum Conventualium, præterea nemini usque ad unum eundem Ministrum Generalem dumtaxat, & non ad alium quemcumque, in quibuscumque locis, Civitatibus, Provinciis, & Regnis, etiam ubi alii Tertiarii sunt, spectet instituire, concedere, & propagare eundem suum Ordinem utriusque sexus Tertiariorum de poenitentia nuncupatum; Quæque illorum profectum spiritualem respiciunt, stabilire & decernere, illos corrigere, & reformare, & omnia dispo nere, quæ jam laudata constitutio nostra Ministro Generali Fratrum Minorum Observantium in propriis Tertiarios disponenda concedit.

Ordo Conventualium eximie laudibus efficitur.

§.5. Etenim æquum est, ut Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Beati Francisci, qui inter cæteros Ordines, sub uno, & eodem Seraphico Patre, & capite Deo famulantes, vetustissimus est, omnem jurisdictionem, auctoritatem, facultates, & gratias in Tertii Ordinis, ab eodem celeberrimo Confessore instituti, poenitentes, indulgentiamus, quæ aliis Fratribus Minoribus indulte fuerunt; maxime cum ejusdem Seraphici Patris, & Confessoris corpus requiescat in eorundem Fratrum Conventualium Basilica Cœnobii Assisensis, quam propterea esse caput, & Matrem totius Ordinis Fratrum minorum felicis recordationis Antecessores Nostri Romani Pontifices suis Apostolicis litteris decreverunt, nimirum Gregorius IX. incipientibus: *Is qui Ecclesiam suam* datis Laterani X. Kalen. Majas Anno MCCXXX. Pontificatus IV. Clemens IV. litteris pariter incipientibus: *Is qui Ecclesiam suam*, datis Perusæ XVII. Kalendas Majas Anno MCCLXVI. Pontificatus II. Nicolaus III. litteris incipientibus: *Gloriosissimi Confessoris*, datis Reate pridie Idus Majas MCCLXXVII. Pontificatus primo, & Sixtus IV. litteris incipientibus: *Ad insignem*, datis Romæ VI. Decembris Anno MCCCCLXXV. Pontificatus V.

§.6. Volumus etiam, decernimus, atque statuimus, ut Tertiarii directioni Ministri Generalis Fratrum Minorum Conventualium subiecti omnino gaudeant, & fruantur omnibus exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, indulgentiis, privilegiis, gratiis, & favoribus spiritualibus, & temporalibus, quas Antecessores Nostri Romani Pontifices iisdem largiti fuerunt. Quapropter has iterum approbamus, confirmamus, atque concedimus, eisdemque etiam omnes, & singulas, quas pridem concessimus, in eadem constitutione nostra, quæ incipit: *Paterna Sedis Apostolicæ Providentiæ*: decernentes tamen, & declarantes, ut quacumque consuetudine in contrarium non obstante memorati Tertiarii, directioni, & correctioni Ministri generalis Fratrum Minorum Conventualium subiecti, vestes Religiosas colore, & forma Tertiariis proprias induant, eo prorsus modo, quem Romani Pontifices suis Apostolicis litteris observandum præscripserunt, ad hoc ut iisdem indulgentiis, & gratiis frui possint.

Tertiarii Fratrum Minorum Conventualium fruuntur Privilegiis & gratiis spiritualibus, quæ exteris Tertiariis concessæ fuerunt.

§.7. Hæc vero universa Ministro Generali Fratrum Minorum Conventualium in Tertiarios ei subjectos præsentibus litteris nostris concessa, ita & non aliter judicari, & firma atque inconcussa ab omnibus haberi statuimus, non obstantibus ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque, quibus quatenus opus est derogamus, easque abrogamus, proque abrogatis, derogatis, & nullis hac in re haberi volumus: poenam excommunicationis ipso facto incurrendam, aliasque censuras pro arbitrio nostro, iis interminantes, qui contraire vel temerario ausu ea impugnare præsumperint, quæ hac nostra constitutione firmamus, atque decernimus: Ob cujus plenam perfectamque observantiam injungimus venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & eorundem Vicariis, & Ministris, ut pro horum omnium plena executione tuenda auctoritate sua vigilent, invocato etiam si opus fuerit ad hoc auxilio brachii secularis.

Clausula, ad Derogationem.

§.8. Volumus pariter, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus ex Secretariis Ministri, vel Procuratoris generalis dicti Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, aut Notarii publici subscriptis, & sigillo Officii ejusdem Ministri, vel Procuratoris generalis ipsius Ordinis, vel cujuscumque Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

His litteris fides ubique adhibeatur.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, declarationis, confirmationis, innovationis, concessionis, decreti, voluntatis, præcepti, & derogationis infringere, aut ei temerario ausu contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Nemo has litteras infringere audeat.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXVI. tertio nonas Julias Pontificatus nostri Anno tertio.

Decla-

Dat. 10. Iulii 1716. Ann. 3. Statuuntur nonnulla circa Ecclesias Parochiales extra Urbem institutas, pro congrua portione Rectorum, & Vicariorum.

Alia hujus Const. ed. 1724. Sept. 6. P. 1. confirmatum fuit editum Inn. XII. de Parochialibus Ecclesiis personam onere non gravandis.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a cura animarum.

Pastoralis Nostra sollicitudo exigit, ut in hoc praecipue excubemus, ne cura animarum in Ecclesiis Parochialibus hujus Almae Urbis, & extra ejus pomeria constitutis, neglecta, & collapsa propterea concidat, quod earumdem Rectoribus congrua sustentatio desit sine quibus eorum Officium, non eo, quo par est zelo, & pietate exercere, ipsamque animarum salutem magnum discrimen incurere, longa experientia didicimus.

Ab Alia Pontificibus variis archiepiscopis, & Vicariis extra Urbem, cum congrua portione instituta fuerit.

§. 1. Antecessor quidem Noster Pius PP. V. ut Sacrosancti Concilii Tridentini decreta in usum induceret, varias in hujus Almae Urbis Ecclesiis perpetuas Vicarias, actualem animarum curam habentes congrua, & sufficienti portione assignata, provide instituit. Alii quoque Felicis recordationis Antecessores Nostri Urbanus VIII., & Clemens XI. quasdam Parochiales Ecclesias, & Vicarias extra pomeria Urbis creaverunt, ut incolis suburbanis auxilia spiritualia, quacumque occasione, tam in doctrina Christianae rudimentis rite explicatis, quam in Dei Verbo festis diebus ex ore Sacrorum Ecclesiarum ministrorum audiendo, inque Christi Domini Sacramentis, ex eorumdem manu recipiendis, prompte suppeterent.

In examen vocatur quae Ecclesiae Parochiales congrua portione sui non debent.

§. 2. Nihilominus priusquam ad erigendas novas Parochiales Ecclesias procedamus, in maturum examen vocari decrevimus, an revera hujusmodi Rectores, & Vicarii, olim, ut diximus, instituti, congrua, & sufficienti sustentatione fruere possint; Siquae eis aqua, & congrua ejusdem portione assignatio deesset, quoniam pacto eis designari posset. Ad hanc rem penitus explorandam S. R. E. Cardinalium, & Praelatorum Congregationem habendam indicimus, quorum suffragia, & simul expositionem hac de re literis traditam per unum ex Praelatis, qui eidem Congregationi fuit a Secretis, attente consideravimus. Quare uniformi suffragiorum, & sententiarum tenore percepto, consilioque, & approbatione totius Congregationis probe intellectis, in hanc determinationem devenimus, ut primo loco subsequentibus Vicariis, & Parochialibus Ecclesiis congruas portiones non esse assignandas judicarem, quia sufficienter dotatae reperiuntur. Sunt vero 1. Beati Angeli ad Fornaces. 2. Beati Lazari. Haec duae Vicariae a Basilica Vaticana dependent. 3. Parochialis Ecclesia beatorum Laurentii, & Urbani ad primam Urbis portam. 4. Vicaria Beatae Mariae ad Magos, quae a Basilica Lateranensi dependet. 5. Parochialis Ecclesia beati Sebastiani extra portam Capenam,

ex Basilica Lateranensi olim dismembrata. Secundo loco statuimus, & declaramus, nullam congruam assignandam parochiali Ecclesiae Basilicae Sancti Pauli in Via Ostiensi olim dismembratae ex diaconia Beatae Mariae in Cosmedin. Siquidem Coenobium Monachorum Casinensium ad quos eadem Basilica S. Pauli pertinet, redditus, & sufficientem portionem habet. Quare huic nulla congrua portio debetur. Parimodo Parochiali Ecclesiae beati Laurentii in agro Verano, quam regunt Canonici Regulares Sanctissimi Salvatoris, nullam congruam portionem assignandam esse decernimus.

Enumerantur Ecclesiae Parochiales extra Urbem, quibus congrua assignanda est, ac revera eis assignatur.

§. 3. Tertio loco portionem, & congruam sustentationem subsequentibus Ecclesiis parochialibus assignandam esse perspeximus, & hac Nostra constitutione assignamus. Haec vero sunt 1. Parochialis Ecclesia beati Francisci in Monte Mario, quae pertinet ad Congregationem Eremitarum beati Petri de Pisis. Huic Parochiali Ecclesiae, ejusque Rectori centum annua scuta argentea monetae Romanae pro congrua assignari volumus, & mandamus. 2. Parochialis Ecclesia beatae Agnetis in Via Nomentana, quae pertinet ad Canonicos Regulares SS. Salvatoris annuam portionem congruam sexaginta scutorum argenteorum Monetae Romanae omnino habeat. Licet vero cum dicta Parochialis Ecclesia beati Francisci in Monte Mario pro majori parte dismembrata fuerit ex parochiali Ecclesia beatae Mariae de Populo ad portam Flaminiam, quae ad Fratres Eremitas Augustinianos Congregationis Lombardiae nuncupatos pertinet, ex qua Ecclesia altera quoque beatae Agnetis in Via Nomentana fuit dismembrata, unde censeretur, utriusque Parochialis Ecclesiae Rectori congruam portionem ex fructibus Ecclesiae Matricis debere assignari; Nihilominus quia, re accurate perpensa, comperimus Ecclesiam beatae Mariae ad Portam Flaminiam redditibus non superabundare, nec ei tot fructus suppetere, quot necessarii sunt pro commoda primarii, & secundarii sui Rectoris alimonia, ita ut absque detrimento rerum necessarium pro decenti suorum Ministrorum, qui curam Animarum exercent, sustentatione, congruam portionem novis Rectoribus beati Francisci in Monte Mario, & beatae Agnetis in Via Nomentana de suo dare non possit; Ideo Sacrorum Canonum dispositioni inhaerentes, qui hoc casu Matricem Ecclesiam a quacumque contributione eximunt, & Parochianos obligant, ut congruam portionem Novis Rectoribus de suo subministrarent, nos praesentibus literis Nostri, perpetuum robur impostum habituris, statuimus, & declaramus, ut centum annua scuta argentea Monetae Romanae Parochiali Ecclesiae, & Rectori beati Francisci in Monte Mario, & similiter scuta sexaginta alterius parochialis Ecclesiae Rectori beatae Agnetis in Via Nomentana assignentur ex divisione, partitione, & taxa, praediis imponenda, quae intra limites utriusque Ecclesiae comprehenduntur, quod dictis Ecclesiis, aut matri nullas decimas solvant.

Concil. Trident. Sess. XXI. Cap. 17.

Statuitur qui debent solvere praedictam congruam portione fatis Ecclesiis Parochialibus.

§. 4. Volumus autem, ut per directos dominos eorumdem praediorum tota eadem taxa Ecclesiis respective solvatur, si vero praedia a directis dominis in emphyteusim tradita fuerint, tunc decernimus, ut per emphyteutam

ra-

ratam ejusdem taxae ita solvatur, ut Dominus directus, qui totam taxam Ecclesiae persolvit, pro rata, quae contingit emphyteutam, ab hoc refici debeat: quae refectio, ut facilius evadat, statuimus, ut dum Praedia taxantur, emphyteuta distinctim pro sua rata etiam taxetur. Pauperes tamen agricolas, & vinearum cultores rerum inopia laborantes, qui propriis manibus, & corporis assiduo labore sibi victum conquirunt, a quacumque ejusmodi congruae portione solutione immunes esse, & fore Apostolica Auctoritate declaramus, ac penitus eos eximimus.

§. 5. Praesentes vero literas ex eo etiam quod quicunque in praemissis interesse, & rem habentes, aut habere praetendentes, illis non consenserint, & ad ea vocati non fuerint, & cause propter quas illa fiant, vel facta sint, alias examinate, verificate, & justificatae non fuerint, seu alias ex quocumque alio capite, vel causa, quantumvis legitima, vel juridica de intentionis nostrae, vel quocumque alio defectu, notari, impugnari, retractari, annullari, vel invalidari, seu in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, & terminos juris reduci, seu adversus illas quocumque juris, & facti remedium impetrari, aut concedi, nullatenus posse decernimus, sed semper illas validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, Sedemque Apostolicam sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis pro tempore, quomodolibet factis, comprehendi, vel conundi; Sed ab illis semper excipi; & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & plenarie reintegratas, ac de novo, & sub quacumque posteriori data per Beati Francisci in Monte Mario, ac Beatae Agnetis in Via Nomentana Parochialium Ecclesiarum, praedictos respective Rectores nunc, & pro tempore existentes, quandocumque eligenda, concessas esse, & fore: Siquae per quoscumque Judices Ordinarios, Commissarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictaque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuiuslibet aliter judicandi, & definiendi facultate, & auctoritate, julicari, & desiniri debere; irritum quoque, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Urbis Vicario Generali in spiritualibus committitur executio hujus constitutionis.

§. 6. Quo circa dilecto filio nostro in Urbe praedicta, ejusque districto Vicario in spiritualibus generali, cui per easdem praesentes auctoritate nostra praedicta facultatem concedimus, & impartimur, ut praediis, quae sub praedictis Beati Francisci in Monte Mario, & Beatae Agnetis in Via Nomentana Parochialibus Ecclesiis, respective, comprehenduntur, taxam praedictam eo modo, quo alias in hujusmodi eventibus impositam fuisse cognoverit respective imponere, libere, & licite valeat; per easdem praesentes etiam committimus, & mandamus, ut ipse per e, vel alium, seu alios easdem praesentes, &

in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Beati Francisci in Monte Mario, & Beatae Agnetis in Via Nomentana Parochialium Ecclesiarum praedictarum, respective, pro tempore existentium Rectorum hujusmodi fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistens, faciat auctoritate nostra illos praemissorum omnium, & singulorum plenario effectu pacifice frui, & gaudere, atque eis de portionibus praedictis integre responderi, non permittens illos super his a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, contraditores quoscumque per Censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione postposita, ac manu regia compescendo.

Derogatoria.

§. 7. Non obstantibus nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de Jure quaesito non tollendo, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon testantium voluntatibus, aliisque dispositionibus, dictaque Urbis, ac artis agrariae in Urbe praedicta etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia respective roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, libertatibus, immunitatibus, & exemptionibus, Urbi, & arti praedictis, ac Urbis populo, Senatori, ac Conservatoribus, necnon Artibus ejusdem Consulibus, artemque hujusmodi exercentibus, & quibuscumque Ecclesiis, & Basilicis etiam parochialibus, aut cujusvis Ordinis, & Instituti Monasteriis, ac Religiosis Dominicis, etiam mendicantium Congregationi, etiam undecim Congregationum nuncupatae, Societati etiam Jesu, Militis etiam Beati Johannis Hierosolymitani, ac Hospitalibus etiam nationalibus, aut Regularibus, etiam Sancti Spiritus in Saxia; Beati Antonii Viennensis, & generatim quibuscumque locis piis, quomodolibet nuncupatis, & quibusvis aliis personis, quomodolibet pariter nuncupatis, cujuscumque gradus, & conditionis etiam speciali mentione dignis, eis, eorumque praediis, ac bonis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis, ac irritantibus clausulis, & aliis decretis, in contrarium praemissorum quomodolibet etiam pluries concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Nemo his literis contra dicere audeat.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae Constitutionis, Confirmationis, innovationis, sanctionis, declarationis, praeccepti, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Milleesimo Septingentesimo Vigesimo Sexto Decimotertio Kalendas Augustas, Pontificatus nostri Anno Tertio.

CXXXV.

Dat. 24. Julii 1726. An. 3.

Confirmatur Decretum Generalis Ord. Beate Mariae de Monte Carmelo; ne Commissarius Tertii Ordinis ejusdem in Provincia Fluminis Januarii, inconsulto ipso Generali, removeri possit.

Alia hujus Const. ed 1727. Aug. 30. P. 4. Tertiarum ejusdem Ordinis subiciantur Jurisdictioni Ministris Generalis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio facti.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciae Fluminis Januarii Tertii Ordinis B. M. de Monte Carmelo quod dilectus filius Gaspar Pizzolanti Prior Generalis dicti Ordinis, ne quicumque legitime electus, sive institutus, & acceptatus fuerit in Commissarium ejusdem Tertii Ordinis in praedicta Provincia, donec ejusdem Fratris acceptus fuerit, possint ab eo officio ipso Gaspare Priore Generali, ejusque Successoribus inconsulto removeri, etiam occasione promotionis ad Provincialatum, aut quodcumque aliud officium pro tempore exercitii cum illo incompatibili prohibuit, & alias prout uberius continetur in ejus Decreto desuper emanato, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decretum praedictum.

S. 2. Die 6. Julii 1626. viso retroscripto libello, & attestazione, seu relatione admodum R. P. Procuratoris Gen. hodierni, cupientes quantum in nobis est ad utilitatem, & incrementum dilectissimi Nobis in Christo, ac Religiosissimi Tertii Ordinis opportune conferre, vi praesentium prohibemus, ne quicumque legitime electus, sive institutus, & acceptatus fuerit in Commissarium ejusdem Tertii Ordinis in Provincia nostra Fluvii Januarii, donec fuerit eisdem Fratribus Tertiaris acceptus, possit ab eo officio Nobis, aut Successoribus nostris inconsulto removeri, etiam occasione promotionis ad Provincialatum, aut quodcumque aliud officium pro tempore exercitii incompatible cum supradicto, sed in eo casu substituat alius Religiosus pro eo tempore tantum, quo transacto P. Commissarius exerceat, ut antea monus suum sublata quibuscumque nostris Inferioribus secus ordinandi, aut faciendi potestate, omnemque Institutionem novi Commissarii, qua contra praesentium nostrarum literarum tenorem in posterum fiat, ex nunc pro tunc nullam, & irritam declaramus. Datum Romae in Conventu nostro S. Mariae Transpontinae die, & anno, ut supra: Jo: Gaspar Pizzolanti Generalis Commissarius. Fr. Josephus Maria Solarius Provincialis Scotiae, & Secretarius Reverendiss. Patris.

Loco + Sig.

Preces Frat. d. Provinciae.

S. 3. Cum autem, sicut dicti Exponentes praemissa pro illorum firmitate subsistentia Apostolica Confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desiderent. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, &

Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, prohibitionem a memorato Gasparo Priore Generali factam, ut praefertur, expeditumque desuper illius Decretum praesertim cum omnibus, & singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus supplemus.

Confirmatio relati Decretum.

S. 4. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eisdem Exponentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulae.

S. 5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis praedictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inferius ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIV. Julii MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXXXVI.

Indulgetur Monachis Ordinis Sancti Hieronymi Provinciae Portugalliae usus Cucullae, eodem modo, quo Monachi ejusdem Ord. Congregat. Lombardiae, gestant.

Dat. 24. Julii 1726. An. 3.

Alia hujus Const. ed. 1726. Jul. 24. P. 3. confirmatur quaedam Decreta Capituli Gen. ejusdem Provinciae, et Clem. XII. Const. ed. 1730. Oct. 11. P. 1. Confirmantur Constitutiones Congregationis Hispaniae ejusdem Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Prior Generalis, Diffinitorium, Priores, aliique Monachi Congregationis Sancti Hieronymi in Regno Portugalliae, quod cum Nos confirmaverimus, ejusque Monachale Institutum declaraverimus, illudque sit idem,

Facti expositio.

idem; quod dictus S. Hieronymus instituit, & una cum suis Discipulis in Bethlehem professus fuit, quorum ipsi legitimi Successores per continuatam successionem existunt, prout sunt Monachi ejusdem S. Hieronymi Congregationis Italiae a q. Lopo de Olmedo, dum vixit, Monacho, & Superiore Generali Congregationis Hispaniae instituti, ipsi Exponentes cum veri sint Monachi, & a nonnullis pro talibus ob Cucullae defectum minime existimantur, ac Cuculla Scapularis coloris, quemadmodum Monachi dictae Congregationis Italiae utuntur, & cum eadem Cuculla, quae eorum habitus coloris existit, Verbum Dei praedicare, & cum illa in supplicationibus tam intra, quam extra Monasteria, & quoties eis in actu Communitatis cum Cruce, & Candelabris e Monasterio egredi necesse erit incedere, illique, qui Crucem, & Candelabra hujusmodi gestabunt, Cuculla pro superpelliceo Sacramento, & Christifidelibus Sacram Communionem administrare valeant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, & ut infra indulgeri de benignitate Apostolica dignamur.

Preces praefatorum Monachorum.

S. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium, praepositorum, qui relationem Venerabilis Fratris nostri Petri Episcopi Sabinae ejusdem S. R. E. Cardinalis Orthoboni nuncupat. praedicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super praemissis eisdem Cardinalibus factam viderunt consilio, ut ipsi Exponentes, & futuri ejusdem Congregationis Monachi praedictae Provinciae Portugalliae indumento Cucullae fuscis, seu fulvi coloris per Constitutiones ipsius Ordinis a Sede praedicta pluries confirmatas praescripto, eodem modo, quo Monachi memoratae Congregationis Provinciae Lombardiae, seu Longobardorum Italiae gestant, & induuntur eodem cum amictu tam in Choro, quam extra procedere possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Indultum praedictum.

Clausulae cum delegatoris.

S. 3. Decernentes pariter easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque

Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationis, Provinciae, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inferius habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIV. Jul. MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXXXVII.

Confirmantur Decreta quaedam Capituli Generalis Monachorum Ordinis S. Hieronymi Congregationis Portugalliae.

Dat. 24. Julii 1726. An. 3.

In praecedenti Const. concessus fuit iisdem Monachis usus Cucullae, ad instar Monachorum ejusdem Ordinis Congregationis Lombardiae.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de Bettancurt. Prior Generalis Ordinis Monachorum S. Hieronymi Congregationis Portugalliae, quod cum in Capitulo Generali dicti Ordinis, quod in Regio Conventu nostrae Dominae de Bethlehem nuncupat. extra muros Civitatis Ulyssiponen. Occidentalis sito Mense Majo anni 1724. celebratum fuit, pensum fuisse nonnullas interdum oriri inordinationes, ex eo, quod cum juxta ejusdem Ordinis Constitutiones Definitorium ex quatuor tantum Definitoribus constituitur, istique inter caetera electionem Prioris dicti Conventus, qui etiam Prior Generalis totius Ordinis existit confirmare, aut reprobare debeant, propter vero aequalem votorum numerum contingere possit, ac interdum contineat, quod in aequales votorum partes quatuor Definitoribus divisit, quidquam canonice decerni non valeat, nec a Constitutionibus hujusmodi praefixum sit, quae pars eo casu prevalere debeat, sicuti etiam in iisdem Constitutionibus nihil circa Praesidentem Capituli Generalis statum reperitur, solumque dispositum, quod si quando unus ex quatuor Definitoribus actualibus Prior Generalis extitisset, hic ejusdem Capituli Praefes esse debeat, & casus evenire possit, quod nullus ex Definitoribus Prior Generalis extiterit, indecisa tunc remanente dicti Praesidentis deputatione.

Facti expositio.

S. 2. Ideo Capitulum generale supradictum, celebratum, ut praefertur, decrevit, quod im-

Decreta praedicti Capituli Generalis habiti anno 1724.